



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

Titvli Capitvlorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

CLEMENS TOLETANVM. CAROLVS IV. IMP.
P. VI. ALPHONSVS XI. R. CASTELLÆ. 131

natum sigillo vobis suffraganeis transmittatis cui adhiberi
volumus plenam fidem. Datum Auinione 13. Kalendas
Nouembris pontificatus nostri anno octauo.

ANNO
CHRISTI
1347.

CONCILIVM TOLETANVM

AVCTORITATE ÆGIDIÆ ARCHIEPISCOPI

Toletani celebratum anno Domini MCCCXLVII.
tempore Clementis papæ VI.

TIT VLI CAPITVLORVM.

- I. *De vita & honestate clericorum.* III. *De pœnitentiis & remissionibus.*
II. *De immunitate ecclesiistarum.* IV. *De simonia.*

C A P I T V L A.

*Aegidius miseratione diuina archiepiscopus Toletanus, Hispaniarum primas & regni Castellæ cancellarius,
ad perpetuam rei memoriam.*

I.

AD reformandam in prælatis honestatem , ne aduersus eos qui vni Domino famulantur, ex aliqua dissimilitudine præbeatur occasio obloquendi : attentes quod recolendæ memoriæ dominus frater Guillermus episcopus Sabinensis , in his partibus tunc apostolicæ sedis legatus, in constitutione quæ incipit , *Quamvis honestas morum* , inter cetera prouide statuit , quod episcopi & superiores prælati , cum eos equitare contigerit , cappellos suæ dignitati deferant congruentes . Nos cipientes suffraganeos nostros similitudine decenti & debita , vt in ecclesia vnum ouile & etiam unus pastor valeat apparere , in qua flores honoris & honestatis fructus in vbertate succrescant , sacro approbante Concilio statuimus , cum nos episcopi suffraganei nostri cum cappellos detulerimus rotun-

Concil. Tom. 29.

Locus cor-
ruptus.

R ij